

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Error b cum uariis

Nimis peruerse se ipsum amat qui et alios uult errare ut error suus lateat. Quanto enim melius et utilius ubi ipse errauit, alii non errant quorum ammonitu errore careat. Vos autem qui me multum diligitis, si talem me asseritis ut nunquam in scriptis meis errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea me ipso iudice superamini, quoniam non michi placet cum a carissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Profecto enim non me sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non quod sum sed quod non sum diligunt.

Augustinus in epistola ad Marcellinum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quanto enim] enim *om.* B, quanto est V² L¹ L²; errant] errent L¹ L²; ammonitu] amoniti P V¹ V² L¹ L²; careat] careant P V¹ V² L¹; autem *om.* P V¹ V² L¹ L²; meis] me *add.* (*del. sub lin.*) C; profecto enim] enim *om.* P V¹ V² L¹ L²; in epistola ad Marcellinum] ibidem P V¹ V² L¹ L²